



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 111. Antverpia a Principe Orangio novo Gubernatore præsidio munita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

§. CX.

Sæcul.XVI.  
A.C.1566.*Alius Fœderatorum libellus ad Gubernatricem.*

**P**ostea ex omnium sententia, ac con- *Thuan. l. 40.*  
 sensu Ludovicus Nassavius ad Gu- *Strad. l.c.*  
 bernatricem unacum decem Nobilibus  
 decernebatur, ut eidem scriptum quod-  
 dam præfata hæc novem capita com-  
 plectens traderet: his tamen ad cal-  
 cem adjecerunt, quod tunc, si avita li-  
 bertas patriæ non reddatur, ipsi licet  
 inviti opem apud exteris quærere co-  
 gantur, proin eventurum sit, ut Galli  
 utpote perpetui Belgarum hostes in-  
 ter domeستicas dissensiones in Belgium  
 introducantur. Hæc exteri, ac præ-  
 cipue Gallici subsidii comminatio haud  
 levi metu afficiebat Gubernatricem,  
 quæ perlectis hisce in Senatu literis,  
 auditisque eorum, qui aderant, sen-  
 tentiis Ludovico Nassavio respondit,  
 aurei Velleris Equites die vigesimæ  
 sexta Augusti Bruxellas venturos, se-  
 que tunc, cum illis hac super re consi-  
 lium inituram.

§. CXI.

*Antwerpia a Principe Oranio no-  
 vo Gubernatore prædio  
 munita.*

Nº 5

In-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1566.

*Strad. l.c.*

Interea Antverpiam reversus Princeps Oranius, cum tumultus ibidem graviter auctos cerneret, Gubernatricem admonuit, sollicitari se a civibus, ut urbis administrationem caperret, atque ad ejus securitatem, & defensionem præliarios milites pro suo arbitrio adhiberet. Annuente Gubernatrice Princeps non modo milites conscripsit, sed etiam corporis custodes ab eadem postulare ausus est, quibus obtentis urbis Gubernatorem lætus egit, spe concepta, quod brevi ibidem supremum Principem pro summo imperio acturus esset, si confiliis suis optatus adspiraret successus.

§. CXII.

*Moderata Hispaniæ Regis iussa, sed nimis tarda.*

*Strada l.v.* Paulopost Hispaniæ Rex, cum tandem sua edicta moderandi necessitatem cerneret, Gubernatrici datis litteris permittebat, ut Inquisidores Ecclesiasticos removere posset, dummodo prius eorum potestas in Episcopos transferretur, cum Religionem illorum præsidio privare nollet, qui fidei caussas cognoscerent, atque injurias per hæreticos illatas vindicarent: insuper placuit Regi, quod Belgicus Senatus Caroli V. edicta moderaretur, ita tamen, ut